

IN COMMENTARIOS SVOS PRÆFATIO.

opere studiosi homines cordatique possent desiderare. Quæ omnia præstare alijs vel cognitione rerû ampliore, vel ingenio maiore, vel foeliciori memoria leue & facile fuisset. nobis certe haud sane credat quisquam, quàm tædiorum fuerit ac fastidiorum plenum: quo fit, vt prima illa, quæ me in opus stimulabat, perficiendi facilitas plane perierit. At vtilitas quanta sit futura pronunciarè non est meum, quòd nec in opere suo quisquam vel incurruptus est iudex, vel non suspectus: & euentum rei situm in fortunæ manu potest atque prædicere nemo potest, nec ego promittere. Viuet, & legetur, & placebit, & proderit opus, si fauerit genius: sin aduersetur, concidet ac interibit. Multa grata sunt & vtilia tantum ea causa, quòd sic libuit fortunæ. Illud modo precari possum, si quid optando proficitur, tam vtile vt sentiant opus legentes, quàm mihi graue & molestû fuit scribenti. Itaque primum illud amissimus, secûdum incertum est, tertium non profecto certius de gratia, vnde nomê gloriaq; ad scriptorem redit. Primum non ignoro quantum famæ admirationisq; operi etiam optimo detrahatur, quum in aliû scribitur: id est, ædificatur in aliena superficie, & velut scribendi argumentum ab alio est supeditatum: nisi forsan in sacras literas aliquid commententis propter sanctâ maiestatem earum, aut in Aristotelem propter receptâ scho- lis omnibus auctoritatem. Accedit huc quod multi quibus omnia quæ negligunt, aut non capiunt, in grammaticam vertuntur, quamlibet in hoc libro sacra & philosophica & recô- dita tractauerimus. graminaticam dicent, ideo præcipue, quòd historias narrauimus, & fabu- las. Ideo de ipso Augustini opere dicturi, nisi pudor impediret, & reuerentia nominis tam omnibus sacri & admirandi. Alij hoc totum nec visum, nec iudicatum qualicumq; censeatur nomine, reiicient, & damnabunt: vt proxime quidam Theologiæ licentiatius, quum audisset me in libros de ciuitate dei scribere, magno fastidio operam meâ tanquam inuti- lem prorsus vanamq; aspernatus est. Et quid, inquit, opus est libris illis illustratore plus satis ex se perspicuis & claris? O te foelicè qui- quis es, cui tam aperti facilesq; sunt hi de ci- uitate dei libri. Ceterum mirari, qui audiebât vel ingenium hominis, vel eruditionem, vel certe impudentiam. Nam imperitissime lo- quebatur, & retum omnium veterum erat om- nino expers ac rudis, rogauitq; ex his, qui audierant, vnus cur sic censeret, quum essent tot historiæ, tot fabulæ, tot philosophica, tot geographica, tot mathematica. Quid, inquit, illa ad theologum? Deinde fuit a, vel b, non sum sollicitus. hoc illud est, istis nec Cicero,

nec Vergilius, nec Plinius, nec alijs similes in- terprete indigent: quum eorum nihil inter- sit, quis fuerit Scipio, quis Cæsar, quis Pom- peius, quis Cato, quæ aut vbi Carthago, Ba- bylonia: herbâ ne an saxum malua, aut betas: Lapis, an lignum magnes, vel adamas: Ani- mal, an metallum Tigris vel Miluus: Sit ne qui ardeat mons Aetna, an alpes: ardeât ne sulphure accêso an harena. Quid dixerit, quid senserit Plato, quid atomi Democriti confici- ant: quid similes partes sint Anaxagoræ, aut dissimiles: quid Pythagoræ transanimatio. Isti ad hæc omnia linea sunt alba, sicut dici so- let, in lapide albo. Tantum illa curâda & ex- pendenda ducunt: an deus possit suppositare hanc pênam, qua scribo: an iubere possit odi- um sui: Possit ne dispêsare Pontifex super vo- to profectiois Romanæ, aut Hierosolymita- næ: An pecunia sacerdotij pêsionem redime- re sit simonia. Verum enim uero isti censeant quomodo voluerint cunque de opere. Nec eis scribo, nec eos curo mea legere: nec eorum iudicium censuramq; nauicifacio, nec eis pla- cere studeo, & doctius putabo me scripsisse, si displicuero. At illud magno opere dolendum est insidere sæpenumero ingenijs doctorum quidem, sed nò perinde bonorum hominum perniciosum inuidentie virus, quo bona ope- ra incessant, lacerent, proscindant, aut perde- re conentur profutura, aut allatura lucem ob- scurare. Hinc odium, & ex odio rabiosa male- dicentia, & impotentis animi verba, & rixæ, & iurgia, & calumniæ. Hinc sæpe desperatio & desponio meliorum ingeniorum, quum pertæsa rem sic amaram & inamabilem ab omni scribendi & iuuandæ posteritatis ratione auertuntur, plerunq; & ab studijs etiam: quod tantum abest, vt inuida ingenia fieri doleant, vt se ex hoc fructû capere singularem existi- mêt, ac laboris sui præmium: sinê vero quem destinant, si consequâtur, vt cessent omnes, nemo beneficiat. Quod Terentius, vt alios vitæ humanæ mores, sic & istum prudenter expressit, quum maleuolum & inuidentem poëtam omnibus contendisse viribus ait, ab scribendo vti deterreret, & in ocium transde- ret. Neque vero id ego dixerim, quod ægre feram me, vel admoneri, vel etiam reprehendi. dij meliorê mentem. imò debere me mul- tum profitebor potiora suggerenti, & repre- hendenti doctè. Nam & me ipsum non pige- bit mutare sententiam, si vel studium vel etas alia docuerit meliora. Ceterum permolestum est, atque intolerandum pronunciarè semel de toto opere, damnariq; ceu imperitum aut fu- tile, quû nec legeris, nec forsan si legeris, inue- neris vsq; adeo multa, quæ conuellas: vel ipse si tantundem præstare tentes, vel non valeas,